

8830 Baone rep. 1774 *contrada Gula* in fundo Venier.

puBLICIVS·G F  
pEREGRINVS  
VI·VIR  
C·V

Al. Prosdocimi conservator musei Estensis et misit et edidit in eph. *Patavina Corriere Veneto* 8 Apr. 1874.  
2 EGERIMVS, 4 om. exemplum scriptum.

8831 Baone rep. a. 1874 *contrada Gula* in fundo Venier.

LENI  
porTICVM  
maCERIN  
AA  
5

Al. Prosdocimi conservator musei Estensis misit delineatam ediditque in eph. *Patavina Corriere Veneto* 8 Apr. 1874.

8832 Zimullae prope Colognam Venetam rep. a. 1876 cum deicitur ecclesia.

P·IVVENTIO  
L·F·ROM  
PATRI  
tuCRETIAE  
5 AE

F. Caparozzo ectypum misit Huebnero.

8833 cippus. Este *contrada Murlongo* in campis Ludovici Trevisan rep. 27 Mart. 1874.

NYMPHIVS  
RVTILIAE  
CELIOGNIS  
corolla

Alexander Prosdocimi conservator musei Estensis misit delineatam; ed. idem in eph. *Gazzetta di Venezia* 3 Apr. 1874.

XXXIV. PATAVIVM (p. 263).

Patavii apud Iohannem Marsilium in aedibus horti botanici quinam tituli fuerint, nunc demum satis cognoscimus ex schedis GUARNIERII, qui titulos eos descripsit partim a. 1777, partim a 1784. Et sunt quidem testatae originis hi: Aquileiensis unus n. 1032, Atestinus unus n. 2699, Patavini quattuor n. 2796. 2986. 3048. 210\*, Naronensis unus III, 1772, Salonitani quinque III, 2357. 2384. 2403. 2495. 2497, Asseriae in Dalmatia repertus unus III, 2851, praeterea originis aliunde ignotae sex, quorum tres collocavimus inter incertos Dalmatiae III n. 3174a, 3184b,

3186a, unum inter Atestinos supra n. 2500, duos antea ignotos infra damus n. 8835. 8836, quamquam hos quoque magis credimus Salonitanos esse, cum praesertim apud Guarnerium una proferantur cum quinque Salonitanis certis tituloque III, 3184b et ipso probabiliter Salonitano. — Plerique tituli olim Marsiliani deinde translati sunt in museum Cataiense, pauci in Patavinum publicum; duo qui iam accedunt videntur periisse. Inter Patavinos transferendum esse titulum editum inter Venetos n. 2172 in additamentis ad eum monui.

ad n. 2822. Uxoribus huius viri tegulae passim reperiuntur in territorio Patavino (n. 8110, 288) inscriptae *Sab. . . C. f. Quintae Must(i) Aug(urini)*. Quare huc non pertinet n. 2829.


ad n. 2823. S. Fiorano villa est marchionis Pallavicini-Trivulzio in provincia Cremonensi.

ad n. 2849. Ad S. Hilarii, ubi est adhuc, recognovit Thomas Lucianus. — 6 CAPRIA emendandum; C-APRIA legi Luc. auctor est.

ad n. 2866. Codex Neap. XIV.D. 8 (vide p. 1070) f. 55, quod est exemplum omnium quae extant antiquissimum. Patavii apud ecclesiam beatae Iustinae. — 2 LIBERII-SIBEI-QVERAN Pat.

ad n. 2872. Codex Neap. XIV.D. 8 f. 12. Patavii in hortulo beatae Iustinae.

ad n. 2874. Codex Neap. XIV. D. 8 f. 12. Patavii in hortulo b. Iustinae.

ad n. 2894. Inter schedas Guarnerias est narratio de titulo hoc invento 26. Mart. 1787 a Francisco Fortino D p. extra Patavium in suburbio dell' *Arcella vecchia*. Cippus est formae huius . Simul prodiit cista quadrata larga longaque pedem Pat. unum cum operculo suo alto unc. c. 2. In operculo utrimque foramen est, quo manibus insertis facile attollatur. Tam in operculo quam in cista cernitur x signum positum videlicet, ut appareret, quomodo huic illud imponendum esset. In cista praeter ossa reperta sunt vascula vitrea cum collo tenuissimo tria; vascula cretacea cum manubrio colloque duo; patera cretacea magna; lucerna cretacea figurata; fibulae aerae duae; stilus eburneus; nummus secundae magnitudinis saeculi III.

ad n. 2936. Parmae vidit Bormannus. 1 scr. C-F pro G-F.

ad n. 2937. Venetiis in domo Hieronymi Donati cod. Neap. XIV. D. 8 f. 56', item cod. Vind. 5667 gemellus Manutiani. — 4 COSIAE (non COSSIAE) Vind. — 16 BRIHONYMO Neap. 1(?)RHONIMO Man.

ad n. 2944. Codex Neap. XIV. D. 8 f. 57. Patavii apud ecclesiam b. Iustinae. 5 THALIVSAE, 7 AETHORIE cod.

ad n. 2975. Nuperrime alterum exemplum prodiit Aquileiae. *Nell' interno d'uno dei torrioni delle mura occidentali recentemente poste a nudo si rinvenne la parte superiore d'una colonna scannalata e presso la stessa il pezzo mediano dello scapo, la base non chè il capitello della colonna stessa. La parte superiore della colonna porta una iscrizione applicata in forma di tavoletta sul collare ossia membratura superiore della colonna stessa, così che alcune strie rimangono mozzate in cima.* Haec Gregorutti ad me perscripsit, inscriptionem referens sic:

TAMPIA·L·F  
DIOVEI

In exemplari Patavino ego legi TAMPIAI | DIOVEI, meo errore opinor. Origine utrumque titulum aut Aquileiae stetisse aut certe in aede sacra territorii Aquileiensis dubitari non potest, cum ipsa eius vetustas Aquileiensi origini multo magis conveniat quam Patavinae; sed quo fato alter Patavium pervenire potuerit, parum intellego.

ad n. 2986. Codex Neap. XIV. D. 8 f. 43. Patavii apud ecclesiam b. Iustinae. — 5 om.: 'reliquum deest ob dirutum saxum'.

ad n. 2989. Cernitur hic titulus Patavii in ecclesia Eremitarum in martyrio S. Christophori picto a Mantegna (Crowe et Cavalcasse Germanice vertente Max. Iordan *Gesch. der ital. Malerei* V, 2, 389). Maximilianus Iordanus sic eum exceptit:

T·PONENVS  
M·F·MARCEL  
..PATRI·S·  
DIAE  
5 ET OVIVI  
... VIII

Unde sine dubio etiam Furlanettus eum desumpsit. Ubi steterit, ignoratur; alter titulus n. 2528, qui cernitur in eadem ecclesia in altera pictura Montegnae, exceptus est in agro Atestino.

ad n. 2994. Seguiet cod. Nemaus. 13795 sic refert ut vix agnoscas: . . . | BEB PLAETONIA | . . . . M | . . . . SYA | SA . . . . LOCVS | SEPVLTVRAE

ad n. 3034. Clausulam sic in metri formam redegit Buechelerus inscr. lat. iambic. n. 91 recte: Illi deos iratos, quos omnis colunt, Si quis de eo sepulcro [quid] violaverit.

ad n. 3051. Guarnerius vidit a. 1784 Catai apud Obizzium una cum n. 2498. 2567. 2618; quam ob rem hunc quoque titulum probabile est eruderatum esse Ateste.

ad n. 3060. Codex Neap. XIV. D. 8 f. 43. Patavii apud ecclesiam b. Iustinae.

ad n. 3074. Rosa est prope Montagnanam.

ad n. 3096. Refert item Ferretus inscr. Patav. 4, 68, collocans ibi ubi Sal., legens autem . . . P·XXXVII·RETRO·P·XXXVII

PATAVIVM